



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Gallina, Gallus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Gallina, Gallus.

Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum sub pennis, & noluisti. Luc. 13. Quemadmodum gallina congregat pullos suos. Matth. 23. Applica animam peccatrici toties à Deo vocatæ ad pœnitentiam, Antequam gallus cantet, ter me negabis. Matth. 26. Nemo sibi fidat, ubi Petrus ad ancillæ officinæ vocem cecidit, qui paulò antè mori præelegerat, quàm Christum negare. *Vigilate, nescitis enim, quando Dominus veniet, sero, an mediâ nocte, an galli cantu, an mane.* Mat. 13. Galli ergo cantum dum audis, de lapsu & pœnitentia Petri cogita, sed & de vigilantia ob incertum mortis tempus.

Aquila.

Aquila in petris manet, inde contemplatur cœcam, & de longè oculi ejus prospiciunt. Job. 39. Symbolum hominis contemplationi Divinorum dediti, & supra terrena se elevantis. Vel etiam hominis insidiantis proximi bonis. Nam ut ibidem additur de Aquila: *Ubiunque cadaver fuerit, statim adest. Replet in bonis desiderium tuum. Renovabitur ut aquila juvenit tua.* Ps. 102. Symbolum crescentis in virtute, & spiritum renovantis. *Ubiunque fuerit corpus [Christi, Ecclesia] illuc congregabuntur & aquile.* Luc. 17. Viri ingeniosi, docti, & simul probi.